

A

Demonum ab obsessis exaltis.

S. Eligius, Episcopus Noviomensis, amplius quam quinquaginta Energumenes per aquam benedictam curavit, ut scribit *Adamas Episcopus Rhotomagensis*, in eisdem *B. Eligii vita lib. 2. c. 20.*

In *Histor. de Inventione S. Celsi Tom. 7. Surii*, refertur, puerum quendam a Dæmone arreptum fuisse, cum bibisset aquam non expresso prius Crucis signaculo. Quem, ut fratres liberarent, aquam consecravit, eamque in honorem S. Celsi bibendam ei porrigunt. Hausta aqua illic recessit terribis Satan.

S. Bernardo puellam energumenam ab immani illo hospite liberavit; patenam enim calicis, in quo divina celebraturus erat mysteria, postulat, inquit Bernardus Abbas Bonævallis, in qua, digitis superfuso lacte, intra se orans, & de Domini virtute confidens, ori puella salubrem potum applicat, & corpori eius nullam medicinalem infundit. Nec mora, quasi ureretur Satanas, infulionis illius virtutem ferre non potuit: sed uragente intrinsecis Crucis antidoto, festinanter egrediens, vomitu foetidissimo tremebundus erupit. *Lib. 2. vita S. Bern. cap. 2. & 3.*

Eidem S. Bernardo oblatum est puer a Dæmone agitari solitus. Jubeat ergo vir sanctus, in os patientis aquam benedictam infundi: quam ille pressis labiis & dentibus non admittens, vis tandem, tunc eo infuso dissolvente pressuram, vellet nollet intra fauces & guttur recepit, confestimque, ut penetrans sanctificatio ad interiora descendit, quasi infulsa antidoto, vis maligna erupit, & vomitu foetidissimo, quasi torrentis pulsu, festina præcipitatione rotatus, cum ingenti contumelia Dæmon exiit.

Cacodæmonem expulit ex puella S. Albertus Carmelita, cum eam cruce signasset, & aqua benedicta aspersisset. *Tom. 4. Surii.*

Simili ratione infestum hunc indigenam profligavit S. Arnulphus, Svesionensis Episcopus, ex adolescente quodam. *Tom. 4. Surii.*

S. Laurentius Hibernus Archiepiscopus aqua benedicta, ad junctam impositione manuum, & sanctæ Crucis signaculo edito, energumenum a pessimo indigena liberavit. *Tom. 6. Surii.*

S. Opportuna Dæmonem aqua consecrata ab obsessio expulit: ut & S. Norbertus, S. Maclovius, quin & Macutus Hibernus, de quo Martyrologium Romanum die 15. Novemb. & S. Hugo Lincolnensis Episcopus. *Tom. 2. & 3. Surii.*

Morsus serpentum sanati. Febres depulsa.

Insularum, quæ in Oriente communi nomine Moluce vocantur, indigenis omnibus commune est, ut cum febrili vexantur, vel aliter adversa valetudine, statim confugiant ad templum, aquam piacularem bibant, & protinus convalescant. Cujusdam filii duo cum baptismo lustrati essent, confestum gravissima febrili configari cæperunt. Eorum pater, quasi id accidisset ob baptismum, querelarum plenus accedit ad sacerdotem, qui ut ostenderet, non a baptismo morbum profectum, justit ægrotis aquam piacularem, sive, ut vocant, benedictam, bibendam dari: qua epota, eodem momento sanitati sunt illi restituti. Dividentes, eadem contra D venenos ictus serpentum, remedio præsentis & efficaci utuntur. *T. Bofus de not. Eccl. 6. 2. lib. 5.*

Pluræ ex *Tis. superiori, Diabolice machinationes, fraudes, prestigia ablata, desumpti potent. Cibi mundati.*

In *vita celeberrimi Archimandrite Theodori Sicanæ, T. 6. Surii*, hujusmodi historia legitur: Apocomenis Vici incolæ bovem occiderunt, ut carnis ejus vescerentur: contigit autem, ut omnes, qui ex illis carnis comederant, incidere, & jacerent ut mortui; & quicquid carnis reliquum fuit, nigrum evasit ac foetidum. Qui igitur ex carne illa non gustaverat, id quod acciderat, viro sancto nunciaverunt. Qui respondit, exitum illud à phalange dæmonum, qui per lebetes pertransierant, provenisse. Et cum eo tempore non posset cum illis discedere, benedixit aquæ quæ per unum è fratribus misit, ut periclitantes conspiceret, eisque bibendam propinaret. Quo facto, cuncti, tanquam è somno, surrexerunt, præter unum, qui mortuus est. Joannes enim procurator, cujus fratris ea calamitas contigerat, non expectans sibi sancti benedictionem, accurrit ad mulierem vene-

ficam. & dum ejus incantationes adhiberet, fratri, ille animam egit.

Effecit idem S. Theodorus sua benedictione, & aqua à se benedicta, ut convivis, quos invitaverat, venenatis eibus per ignorantiam sumptis, nihil detrimenti attulerit. Rem ita narrat *Gregorius seu Eusebius* scriptor rerum gestarum S. Theodori. Antipater ex Æantium oppido procurator, & Demetrius Presbyter, pietatis studiosissimus, ex oppido Silindicomensi, & Aetius ex Oppido Alethoria procurator viri præclari, ad S. Theodorum, cum esset in mulierum Monasterio, S. Christophori, sese contulerunt. Tunc autem ille cenabat. Quamobrem ipsos quoque vocavit ad cenam. Porro cum sine operculo lebes esset, Dæmonis opera factum est, ut Chlorofaura in olera, quæ coquebantur, incidere. Cumque minister olera apposuisset, eaque omnes, adhibita viri sancti benedictione, comessissent, præcepit Ministro vir beatus, si quid adhuc olerum reliquum esset, ut illud apponeret. Quod cum ille fecisset, & ipsi comederant, Chlorofauram invenerunt, eaque cognita, coeperunt clamare: Perimus, pater facite, perimus. Quindam egimus Chlorofauram enim est serpens venenatus. Cum igitur conquererentur & dolerent, quod uxores & liberos non essent amplius visuri, dixit ei Christi servus: Ne timeatis, filii; si enim Deo creditis, & mihi credite humiliter servo ejus. Nihil omnino detrimenti accipietis. Qui enim ab Heliseo Propheta invocatus est Deus, cum mors esset in olla, *4. Reg. 4.* idem vera pollicetur; & cum mortiferum, inquit, quid biberitis, non vobis nocebit. Et cum poculo benedixisset, dedit eis bibere. Nec eorum quicquam ullo affectu est incommodo. Postdidit igitur dimisit eos, collaudantes Deum. Quod si quis hoc vini non aq.ue poculum fuisse contendant, is miraculum hoc ad miracula vini consecrati referat: facit id me non repugnantem.

Bruta curata.

Quid Aphaates Eremita hoc in genere præstiterit, Theodoretus memorie prodidit. Equus quidam bono genere natus, & portare apprime doctus, erat imperatori (Valenti Ariano) charissimus. Morbus quidam qui ei acciderat, malè habebat Imperatorem. Retinebatur autem humidorum excrementorum excretio. Ad eum curandum accedebatur, qui in hac arte fuerant exercitati. Cum ea autem esset exercitatio, Imperator quidem molestia afficiebatur: lamentabatur autem is, cui equorum cura fuerat credita. Cum esset autem pius & fide firmus, in meridie venit una cum equo ad magni Aphaatis habitaculum; & cum morbum dixisset, & fidem suam significasset, oravit, ut solveret morbum suis precibus. Ille autem nihil cunctatus, sed statim Deum precatus, justit aquam hauriri ex puteo, & cum ei salutaris crucis signum imposuisset, justit etiam ad equum asserre. Is autem bibit plus, quam consuere. Deinde cum oleum divina invocatione impleisset benedictione, equi ventrem inungit, & manus contrafectione statim morbum est sublatus. Lætus ergo homo, equo accepto, cucurrit ad stabulum. Vesperè, solebat enim eo tempore venire ad stabulum, Imperator venit, & interrogavit, quomodo equus fe haberet. Is autem cum & sanum esse ei significasset, & equum valentem & exultantem, hinnientemque & collum superbè erigentem eduxisset, rogavit eum causam sanitatis. Ubi autem diu cunctatus (verebatur enim ostendere medicum, sciens eum, qui rogabat, esse ei infensum) tandem verum coactus est dicere, & docuit modum curationis. Obiit- H puit quidem Imperator, & confessus est eum esse virum admirabilem; nec tamen à priori desistit infansia: sed perrexit furere adversus Unigenitum, donec à barbarico fuit igne consumptus, ne sepultura quidem, qua famuli, vel mendici, dignatus.

Gregorius in *vita S. Theodoti Archimandrite sub finem*: Si lues invadebat boves aut oves, aut alia genera quadrupedum aut volucrum, ut autem homines: similiter assumebant illum; aut ejus benedictionem, & aquam, cui benedixisset, vel etiam capistrata, aut tintinnabula ad eum asserbant, ut illis benediceret, & optatam curationem consequerentur.

Læsus & animalia noxia fugata.

De Aphaate Eremita hæc Theodoretus in *Hist. Religiosa*. Dicit etiam, quod cum locustæ aliquando regionem repente invadissent, & instar ignis omnia consumerent, fegetes, arbores, prata & nemora, venit ad eum quidam vir pius, rogans, ut opè ferret unum quidem agrum habèti, ex eo autem & sic &

A & uxorem, & filios, & familiam alenti, & à quo etiam Imperatoris exigeretur collatio. Is ergo rursus Dominicam imitans benigitatem, justit ad se afferri congiung aquæ. Postquam autem congiung aqua attulit is, qui otabat, ei quidem manum imposuit; Deum autem est precatus, ut fluenta impleat divina virtute. Deinde, finita oratione, justit, ut in prædii limitibus aqua aspergeretur. Qui cum attulerat, fecit, ut justis fuerat, ad S. Theodorum, cum esset in mulierum Monasterio, S. Christophori, sese contulerunt. Tunc autem ille cenabat. Quamobrem ipsos quoque vocavit ad cenam. Porro cum sine operculo lebes esset, Dæmonis opera factum est, ut Chlorofaura in olera, quæ coquebantur, incidere. Cumque minister olera apposuisset, eaque omnes, adhibita viri sancti benedictione, comessissent, præcepit Ministro vir beatus, si quid adhuc olerum reliquum esset, ut illud apponeret. Quod cum ille fecisset, & ipsi comederant, Chlorofauram invenerunt, eaque cognita, coeperunt clamare: Perimus, pater facite, perimus. Quindam egimus Chlorofauram enim est serpens venenatus. Cum igitur conquererentur & dolerent, quod uxores & liberos non essent amplius visuri, dixit ei Christi servus: Ne timeatis, filii; si enim Deo creditis, & mihi credite humiliter servo ejus. Nihil omnino detrimenti accipietis. Qui enim ab Heliseo Propheta invocatus est Deus, cum mors esset in olla, *4. Reg. 4.* idem vera pollicetur; & cum mortiferum, inquit, quid biberitis, non vobis nocebit. Et cum poculo benedixisset, dedit eis bibere. Nec eorum quicquam ullo affectu est incommodo. Postdidit igitur dimisit eos, collaudantes Deum. Quod si quis hoc vini non aq.ue poculum fuisse contendant, is miraculum hoc ad miracula vini consecrati referat: facit id me non repugnantem.

Greg. Presbyter in *vita S. Theodoti Archimandrite*. Procul ab hac civitate (Perrinuntium Metropoli) sex passuum millibus, erat hortus, quem magna locustarum occuparat multitudo, & totum ferme devastarat. Hujus horri dominum, cum B. Theodorum adesse intellexisset, processit illi obviam, & ad pedes ejus prostratus, calamitatem in hortum suum à locustis illatam indicavit. Cui vir sanctus, Abi, inquit, fili, & asser aquam in vase. Cucurrit ille, & è propinquo flumine aquam attulit. Quam Deo servus, cum benedixisset, dedit ei dicens: Hac aqua quatuor horri tui angulos consperge, & dabit tibi Dominus id quod exoptas. Ad hortum reveris homo studiosè fecit, quæ vir sanctus præceperat. Cumque ad locum, quem primum adspexerat, revertisset, ne unam quidem locustam invenit. Paulò post iterum invisis, omnes locustas deletas invenit. *Surii Tom. 2.*

Idem Auctor de eodem Theodoro. Aliis in locis talia miracula à S. Theodoro facta sunt adversus cantharides, & locustas, & vermes, & mures, à quibus fegetes & vites devorabantur. Ubi enim tale quidpiam accidebat, statim ad virum sanctum confugerent, vel ipsam secum adducebant, vel aquam, cui manu sua benedixerat, ferebant, ut devastata loca conspergerent, & statim quod optabant, assequerentur. *Ibid.*

Petrus Rauzan, in *vita S. Vincentii*. l. 3. Apud Mursiam civitatem Hispaniæ ceterioris, quadam æstate, locustæ, & bruchi innumerabiles intra dies quatuordecim omnia, & in agris erant, devastarunt. Per id tempus venerat è B. Vincentius, cum civis urbis dolentes ad eum, precum ejus suscipia implorant. Ille jubet confestim adferri aquam benedictam, deinde cum Clericis, qui cum affectu solebant, hymnos canentibus, ad singulas urbis portas accessit, stansque in illarum medio contra ea loca, in quibus dicta animantia grassari dicebantur, aquam factatam aspersit, & eorum pestifera omnia extincta reperta sunt, & intra paucos dies agri, & vineæ adeò restituta sunt, ut illo anno nulla fuerit penuria subsecuta. *Ibid.*

Videat *Lecher Franciscum Alvarez*, in suo *Itinerario*, & in *relatione quadam de rebus Ethiopie Germanicæ* pridem edita.

Anno redempt. 885, tempore Stephani Papæ VI. cum clades locustarum, quæ prædecessoris sui, Adriani videlicet, totam patriam consumperant, malè multiplicato germine nasci cœpissent, & omnia replerissent, miseris idem sanctissimus Papa Stephanus afflictæ populi, primum quidem divulgavit, ut si quis de eis unum sextarium caperet, & sibi attulisset, quinque vel sex denarios ab eo perciperet. Hoc autem populi audientes, cœperunt huc illicque discurrere, eaque capere, & misericordissimo patri ad emendum portante. Sed cum illas tali argumento delere nequisset, ad Domini misericordiam confugiens, in Oratorium B. Gregorii, ubi lectus ejus habetur, juxta Ecclesiam Principis Apostolorum, veniens, sese cum lacrymis in orationem dedit, cumque dicitur orasse, furaxit, & aquam propriis manibus benedicens, mansionis præcepit, dicens: Tollite, & singulis distribuite, monentes, ut in nomine Domini agros suos circumneant, & hanc aquam aspergant per fata & vineas, petentes divinum sibi suffragium subducant. Quo facto tanta omnipotentis Dei subsecuta est misericordia, ut ubique ipsa aqua asperfa est, nulla penitus locusta remaneret. Hæc circumquaque vicini audientes, ad urbem confluxerunt, subvertitque deposuerunt, omnem terram in pulveris modum locustis cooperant clamantem, quos benignus Papa commouit, de cælo auxilium petere debere contra flagellum imminens. *Baron. Tom. 10. ann. 785. ex Anast. Biblioth. S. Vincentius* *Vide infra §. sequenti.*

De Sanctulo Presbytero hæc S. Gregor. in *Dialogis lib. 3. Dial. cap. 37.* Quodam tempore, cum in prælo Longobardi L. B. Theat. vit. Human. Tom. 1.

olivam premerent, ut oleum liquari debuisset, sicut juncus. Eadem erat & vultu & animo, utrem vacuum ad prælum detulit, laboranteque Longobardos lato vultu salutavit, utrem protulit, & jubendo potius, quam petendo, eum impleri sibi dixit. Sed gentiles viri, qui tota jam die frustra laboraverant, atque ab olivis exigere oleum torquendo non poterant, verba illius moleste susceperunt, eumque injuriose irascati sunt. Quibus vir Domini lætior adhuc vultu respondit, dicens: Si pro me oratis, istum utrem Sanctulo impleatis, & sic à vobis revertetur. Cumque illi oleum ex olivis desuere non cernerent, & virum Dei ad implendum utrem sibi insistere viderent, vehementer accensi, majoribus hunc verborum contumelias detestari cœperunt. Vir autem Dei videns, quod ex prælo oleum nullo modo exiret, aquam sibi dari petiit, quam cunctis videntibus benedixit, atque in prælum suis manibus jactavit. Ex qua protinus benedictione tanta ubertatis olei erupit, ut Longobardi, qui prius incassum laboraverant, non solum sua vascula omnia, sed utrem quoque, quem vir Dei detulerat, implentes, gratias agerent, quia is, qui oleum petere venerat, benedictionem dedit, quod postulabat.

Cum Abbas Abraham, merendi gratia, ad Ægyptum de cremo diebus Quinquagesimæ perrexisset, & à muliere quadam parvulum suum lactis inopia jam jam tabidum atque seminecem præferente, lactymosis precibus fuisse obstrictus, calicem ei aquæ potandum, impresso crucis signaculo, dedit, cujus haustu confestim, mirum in modum, arida jam penitus ubera, copia lactis redundante confluerunt. *Cassian. collat. sac. 13. cap. 4.*

ALII EFFECTUS.

His accedit, quod de Leone VI. refert *Baron.* in hæc verba: Porro suæ patris pietatis vestigia reliquit impressa in commentario, quo res bellicas pertractavit. Ubi inter alia, ut pridie ejus diei, quo prælum & certamen fit in eundem, curare debeat Dux exercitus, per sacerdotem universium exercitum expiari aqua lustrali vel benedicta, quod Græci dicere solent *ἀγίασμα*, id est, aqua sancta aspergere, & *ἀγίασμα*, apud Græcos Ecclesiastico more dici solet aqua benedicta. Ibidem habetur, ut quotidie mane & vespere universus exercitus dicere debeat Trisagium hujusmodi. *Baron. Tom. 10. Ann. 911.*

Henricus Raceburgenfis Comes captus tenebat Parisios, multis tormentis in eos feriens. Intercessit pro ipsis Everoldus Raceburgenfis Episcopus, sed nihil profecit. Dies erat solemnis Paschæ, cum captivi in carenis sub custodia starent in Ecclesia. Circumiens Pontifex, cum fideles aqua benedicta aspergeret, captivorum quoque aspergens catenam, dixit: Dominus solvit compedibus. Quid dicit? Mox catena dissiluit, illis liberè discedentibus. In facti testimonium catena servatur. *Alb. Crantz. lib. 5. Vandal. apud Thyrium p. 3. de demoniac. c. 45.*

DE SALE BENEDICTO.

Solet etiam peculiari benedictionis formula, quam præferibit Cereemoniale sive Rituale, jam olim benedicti Sal, & religiosè adhiberi ad varios effectus: quorum eventus declarato, Deo gratam ejusmodi cæremoniam, & religionis usum. Exempla nonnulla subjungimus.

Miracula per salem benedictum edita.

Multa miracula aquæ benedictæ enumeravimus, quæ & ad salem pertinent, saltem tunc, cum sal aquæ admiscetur. Nihilominus separatum miracula nonnulla per salem benedictum edita, adducere visum fuit, contra insulas nostris temporis Novatores.

In *vita S. Bernardi* hæc legitur *lib. 4. cap. 4.* Non modò hominibus, sed pecoribus etiam & armentis tam frequenter ejus benedictio profuit, ut monasterii sui Cellarium durè aliquando increpavit, quod sibi non indicans, moti animalia permisisset, unde fuerant Christi pauperes sustentandi. Dehinc, ut solitus erat, benedixit sal, & animalibus justit apponi, & protinus lues orta cessavit. Quod in aliis quoque Monasteriis vidimus & cognovimus, ut audiens fratrum animalia mori, interdum etiam non rogatus, sed ipse prior admonens eos, eodem remedio subveniret.

S. Monegundem morituram rogabat Sanctimoniales, dicentes: Venturi sunt multi infirmi ad nos, flagitantes benedictionem à te accipere, & quid faciemus, cum te non viderint esse superstitem? Confuse enim eos foras emittemus, cum tuâ faciem non contemplantur. Rogamus autem, ut quia hæc ab oculis nostris absconditur, saltè digneris oleum salemque bene-

A benedicere, de quo possimus aegrotis benedictionem flagitantibus ministrare. Tunc illa, benedictio oleo ac sale, tradidit eis, quae suscipientes diligentissime servaverunt. De qua benedictione multi post ejus transitum aegroti, incolumitatis beneficia sunt experti. Greg. Turon. lib. de vita Patrum cap. 19.

Nec sola ex sexu muliebri Menegundis res benedixit, idem lib. 3. c. 6. 7. 8. 18. postea factum a S. Hildegardae Abbatisa, quae per aquam abs se benedictam pluribus salutem contulit, ut videtur in Historia vita.

Antea idem fecit S. Genovefa Virgo celeberrima; quae puerulum caecum a primo ortu, surdum & claudum, oleo, quod ipsa benedixerat, a triplici illo malo liberavit. Aliquando propulandis morbis oleum ab Episcopis consecratum adhiberi, quod hoc exemplo docetur. Dæmoniacus quidam, impetrandae sanitatis causa, ad S. Genovefam a parentibus cum multo gemitu & lacrymis perductus est. Tum illa ampullam sibi affert iussit, in qua sacratum oleum asservare solebat. Accidit autem, ut nihil ejus olei id temporis ampulla haberet: nec Episcopus aderat, qui oleum sacrarer, illa igitur haesitans, quidnam ageret, ad precandum Dominum humi prosternitur, cumque proluxa orationis officium, diu terrae affixa, fideliter implet, ampullam inter manus suas oleo plenam conficit: atque ita sub aliis hora momento, & de obsessi hominis emundatione, & de olei collatione, remanente Christo, gratiam geminae virtutis emeruit. Ego vero post tricenos ab obitu ejus annos, in imo ampullae oleum, quod illa orante creverat, vidi. Retuli hoc loco ista exempla, ut demonstrarem, non solum Menegundem, sed & alias feminas sanctitatis gloria fulgentes, benedictionem rebus cum fructu & salute aliorum impertivisse: Quod non modo istis, sed & pluribus aliis exemplis, de quibus suo loco, manifestum evadit.

De S. Columba Abbate Scoto tale quid in litteras retulit Adamannus Scot. l. 2. Quidam a sancto petram falsis (ein Salbstein) benedictam accepit, forori & suae nutricia profusuram oculorum dolori, quae ophthalmiae laborabat valde gravilanguore, id est oculorum dolore. Talem Eulogiam eadem foror & nutricia de manu fratris accipiens, in pariete super lectum suspendit, casique post aliquantos contigit dies, ut idem viculus, cum supra dicta domuncula femina, flamma vastante totus concremaretur. Mirum dicta, illius parietis particula, ne beati viri in ea deperiret suspensa benedictio, post totam ambustam domum, stans illaesa permansit, nec ignis ausus est attingere binales, in quibus talis pendebat falsis petra, fudes.

S. PARTHEMIUS Episcopus sale benedictio in speratum vini proventum effecit, quem Archidiaconus, dominus praedii, in vineam recens plantatam introduxit. Erat autem omnino exsiccata & excaesa a verbibus propter pluviae egestatem, &c. Beatus autem sale injecto, totam vineam conspersit, & dixit Archidiacono: Esto bono animo: nam Deus dat tibi ex hoc loco satis magnam benedictionem, sicut ei placet. Subdit Auditor: Tempore vindemiarum ex plantatione exsiccatum vinearum Deus dedit magnam quantitatem vini. Sur. Tom. 1.

In vita S. Lioba virginis & Abbatisae legimus: aqua, cui sal benedictum injectum fuerat, incendium restinctum, nam S. Lioba, ex superiore parte fluminis, quod per medium Monasterium currebat, hauritam sibi aquam in concha celeriter affert iussit. Quam sine mora allatam, sale quod a S. Bonifacio benedictum, indefinenter secum habebat, adpersit, dicens: Ire, & hanc aquam in flumen infundite, omnique populus ab eo loco deorsum hauriat, & contra impetum saevientis incendii certatim mittat. Quod cum fecissent, omnis illa ignium violentia, quasi caelitus immisso imbre, ita restincta est, ut nihil edificiorum postea penitus attingeret. Idem Tom. 5.

Eadem sancta, ut hoc obiter adjungamus, sanctimoniam quandam, vehementia motu jam tumulo vicinam, benedictio lacte pristinae sanitati reddidit.

Salis benedicti fit etiam mentio in Legibus Francis, ubi praecipitur, ut Catechumenis exclusis ab Ecclesia, & publicam poenitentiam agentibus, in Paschate, Pentecoste & Nativitate Domini loco communionis praebatur.

S. EUPHRASIA per benedictum sale & oleum grave vulnus oculorum ac frontis sanavit, ut est in ejus Vita. S. Norbertus sale exorcizato Dæmoniacum furentem ac blasphemantem compescuit. Sur. Tom. 2.

Vener. Bedalib. 3. c. 32. in Evangelium S. Lucae Evangelii

stae scribit, Presbyterum sibi familiarem per saltem benedictum curasse vulnera, quae Montali cuidam suo contactu malus Dæmon infixerat.

DE OLEO BENEDICTO.

Illius varia benedictiones.

Benedictio olei antiquissima est, ejus enim formula extat apud Clementem Rom. l. 8. Constit. Sed quia olei variae benedictiones in Ecclesia usurpantur, illas claritatis causa distinguere oportet. Prima olei benedictio est, ut ita appellem, sacramentalis, quia oleum ita ab Episcopo, & quidem a solo benedicitur, ut sit materia ejus Sacramenti, quod extrema unctio nominatur. Quod benedictum oleum vulgo oleum infirmorum dicitur, propterea quia eo aegroti ungi, & ad supremam cum morte luctam roborari soleant, tamen oleum hoc etiam unguendis catechumenis ante baptismum adhiberi consuevit. De quo ritu plura Bellarm. lib. de Baptismo. c. 24. Formam consecrationis exhibent libri Rituales, & in his etiam Graecorum Euchologium, ubi invenies *ἀγιωδία τοῦ ἁγίου*.

Altera benedictio olei, at non solius, sed cum balsamo permixti (cui mixto Christifatis nomen inditum) similiter sacramentalis est, & solius Episcopi, quia christina compositum quoddam ex balsamo & oleo, est materia Sacramenti Confirmationis. Quamvis Christifatis etiam ad alios usus adhibeatur, ut ad consecrationem Calicum, Ecclesiarum, Altarium, fontis baptismalis, &c. Recens quoque jam baptizatus charismate ungitur in vertice: De quo more illusterrimus Bellarm. loc. cit. cap. 27. Renovatur singulis annis in die Cena Domini christina, vetusque combuitur, idque ex Apostolica traditione acceptum esse testatur. S. Fab. Papi & Martyr. in Epist. 2. ad Orientales, ex qua Gratianus desumpsit capitulum, Litteris vestris, de Consecr. dist. 3. Ritus benedictionis reperitur in Ritualibus, & Graecanicis in Euchologio Graecor.

Qua solemnitate S. Udalricus crisma & oleum infirmorum quadam vice, cum in Cena Domini synodum Diecesanum celebraret, consecraverit, Auctor incertus, sed Synchrobus in vita ejus c. 4. ita exponit: Eo die (Cena Domini) hora tertia, omnes Clerici, solemnissimis paramenis induti, venerunt in Ecclesiam, & ipse suo more gloriosissime ad Dei servitium paratus, cum eis sacrum mysterium agere & devotissime cepit, perlecto quoque Evangelio, & admonitione facta ad populum, & confessione populi accepta, indulgentiam humillime eis fecit, & tota synodo oblationem offerente secundum ordinem, cautissime implevit usque ad benedictionem christifatis & olei; hoc fecit magna reverentia sibi apportari, cum crucibus & cum pueris portantibus sub pallio occultatis, & cereis cum verbis ad hoc ministerium compositis formosissime decantatis, & cum processione duodecim presbyterorum, qui cum eo usque in finem Missae in suo ministerio perseverare debebant. Ritè autem sibi allato, humillimè suscepit, & totam synodum rogavit, ut quando ille crucem benedicens super illud faceret, & ipsi cum iisdem presbyteris, qui in processione erant, & sibi assistebant, benedicere non desisterent, ceterumque populum Pater noster cum magna humilitate decantare rogavit. Quo benedicto, & populo facto viatico recreato, ad sacramentum venit, christina & oleum clericis dispensandum. His dispensatis, ad hospitium pauperum venit, & eis solito more ministravit. Haec Anonymusville Auctor.

Tertia benedictio olei fit illa, qua oleum per verbum Dei & orationem sanctificatur eo modo, quo aqua, sal, panis, & cetera hujus generis, ut utentibus cedat in salutem mentis & corporis. Et quamvis in Missali Romano non sit propria benedictio olei, est tamen generalis, quae ad quamcumque rem est vel potui idoneam adhiberi solet, ut nominatum est illa ad quodcumque, comestibile, & illa in libro sacramentorum S. Gregorii: Benedic Domine creaturam istam, ut sit remedium salutare generi humano, & praesta per invocationem nominis tui, ut quicumque ex ea sumperit, corporis sanitatem & animi tutelam percipiat. Et hoc pertinere videtur forma illa, quae apud S. Clementem Romanum legitur.

Quarta benedictio olei est illa, qua homines sancti etiam privato suo nomine oleum benediciunt, ut omnibus illud usitamentibus salutariter efficiatur. Quod in Ecclesia Dei usitatissimum fuisse testantur historiae. Nec benedictione exoptatis effectibus caruisse, planum fit ex miraculis, quae omni aetate usque benedicti olei consecuta sunt. Frequentata est benedictio olei ab Ecclesia, & à viris sanctis, maxime propter Apostolorum exemplum, de quibus S. Marcus c. 6. Euntes praedicabāt, ut

pari-

A penitentiam agerent, & Dæmonia multa eiciebant, & ungebant oleo multos aegrotos, & sanabant. Quod eos iussu Christi fecisse, indubitatum esse debet.

Miracula oleo benedicto parata.

Magnus fuit olim occurus ad viros sanctos, cum ut alia benedicerent, tum ut oleum. Vidimus id supra de S. Hilarione. Apud Cyp. l. 4. Infit. c. 30. Senex quidam Machetes nomine reprehendebat fratres, quod oleum benedictens expostentibus secularibus darent; sed & hoc, & alia nonnulla, quae arguebat in aliis, ipsemet postea praestare coactus est. Oleum enim benedictum, ac supplicantibus dare, quod praeter omnibus exercebat, inquit ille Senex, utpotè judicans circumstantibus me repente secularibus multis, ita constructus sum, ut aliter eos nullatenus evadere possem, nisi à me summa vi & obstinatione extorsissent, ut oblato ab eis vasculo manum meam impresso Crucis signaculo supponerem. Itaque se credentes benedictionis oleum consecutos, tandem me aliquando relaxarunt.

Jam miracula olei benedicti enumeremus. Proculus Christianus, ut refert Tertull. l. ad Scap. Severum imperatorem oleo, haud dubie benedicto, curavit, teste Tertulliano: qui etiam initio Scorpiaci docet, Christianos a Scorpiione laesos tria haec remedia adhibuisse; signaculum sanctae Crucis, adjurationem seu exorcismum, & unctioem, factam (sicut etiam per verbum Dei sanctificato. In remediis (contra ictus scorpionum) naturalia plurimum, aliquid & magia circumulgo, medicina cum fetore & poculo. Nobis, inquit Tertull. hinc praesidium, si non & ipsa perecutitur diffidentia, signandi statim, & adjurandi, & unguendi bestiae calcem. Hoc denique modo etiam Ethnicis saepe subvenimus, donati à Deo ea potestate, quam Apostolus dedicavit, cum mortuum viperæ spreverit. Qui locus aperte evincit, vetustissimos illos Christianos oleo benedicto venenatis moribus, aliisque incommodis medicinam fecisse.

Aliquando terra fitiens, arenoaque regio, postquam pluvii irrorata est, tantum serpentes, & venenatorum animalium ex improviso ebullit multitudinem, ut percussis innumerabiles, nisi ad Hilarionem concurrissent, statim interirent. Benedicto itaque oleo univertigae colae atque pasciflores tangentes vulnera certam salutem resiebant. Hieron. in vita S. Hilari.

S. MARTINUS puellam paralyticam Treviris oleo benedicto sanitati pristinae restituit: nam primum, quae erant illius familiaria in equinodi rebus arma, solo prostratus oravit, inquit Sulpicius lib. de vita B. Martini cap. 15. Deinde agram intuens, danti sibi oleum postulat. Quod cum benedixisset, in os puellae vim sancti liquoris infundit, statimque vox reddita est. Tunc paulatim singula contactu ejus creperunt membra vivificare, donec, sumatis gressibus, populo teste, surrexit.

Idem sanctus Praesul mutae cuidam puellae loquendi facultatem reddidit, dum praemisissis precibus, pusillum olei cum exorcismi praefatione benedixit, atque ita in os puellae sanctificatum liquorem, cum & lingua illius digitis teneret, infudit. Idem Dial. 3. de S. Martino.

De Simeone Stylita Theodoret. in hist. Religios. Dicunt (Regis Persarum) conjugem petiisse oleum Simeonis benedictione dignatum, & tanquam donum maximum accepisse. Etiam omnes Regis afflicte, & à fama commoti, & multas in eum à magis adornatas calumnias accipientes, diligenter rogabant, & cum intellexisset, virum divinum nominabant. Cetera vero turba & muliones accedentes, & ad famulos, & milites pecuniam offerbant, & rogabant, ut essent participes olei benedictionis.

Idem Theodoretus de Aphraate Eremita hujusmodi miraculum commemorat. Mulier quaedam genere nobilis, simul cum viro intemperante trahens jugum matrimonii, venit ad beatum illum hominem, defensus propriam calamitatem: dicebat enim, maritum concubinae captum consuetudine, magicis quibusdam praestigiosis fuisse incantatum, & odio habere ipsam legitimo matrimonio copulatam. Haec autem dicebat mulier pro foribus artii. Sic enim solebat colloqui cum feminis: nullam enim unquam admisit intra fores. Tunc ergo mulieris miserum ejulantem, oratione abort operationem in cantationis, & cum olei gutturum ab ipsa allatum invocatione divina sanctificasset, iussit, ut eo ungeretur. Haec praecpta cum impleisset mulier, conjugis amorem in se transtulit, & persuasit, ut pro illegitimo legitimum cubile eligeret.

L. B. Theatr. vit. Human. Tom. I.

De Zebina seu Polycronio Eremita idem doctissimus Auctor Theodoretus. Cum gravis illa ficitas, quae homines affligebat, ad preces invitaret, venit ad eum multitudo Sacerdotum. Erat autem una cum eis quidam quoque, cui Antiochena regionis multi vici pacendici erant crediti. Is ex iis, qui aderant, seniores rogabat, ut ei persuaderent, ut manum dexteram imponeret lecytho. Cum it autem dixissent, eum id non esse facturum, dum preces posthabescerent, & venerandum mibi caput oraret, ille porro stans duabus manibus porrexit lecythum. Is autem ita cepit catere, ut duo aut tres ex iis, qui aderant, manus extendentes, & eas plenas oleo acciperent.

Oleo benedicto multos morbos depulit S. Germanus Episcopus Parisiensis, ut scribit in ejus vita Fortunat. Pictavorum Episc. cap. 25. In Pago Parisiaco quidam impetu lupi rabidi laceratus, & extra sensum effectus, beato Sacerdoti est miserabiliter oblatus. Hic ad illa suae artis recurrens suffragia, mox brachio olei benedicti liquore circumlito, & facris digitis medicabiliter attriecto, pelvis illa, quae viscerum dolore grassante perulserat, loca fugi obfessa, jamque putredine resoluta; sicque vigore pristino restituta, sine commutatione, velut expectrecto de sopore, dolor omnis recessit, mens rediit.

Idem sanctus mulierem inancam, cui palma digitis affixa fuerat, curavit, cum prius eam saliva terigisset, ac deinde oleo perunxisset. Eodem olei remedio caeca femina oculum aperuit. Aliam, novem dies aperto ore hiantem, neque ullo modo dentes aut labia jungere valentem, similiter oleo benedicto à presenti morte liberavit. Ibid. cap. 29. & 26.

Idem sanctus Praesul paralyticam curavit, sanctificati olei liquore cum perfundens, qui dum cutis summa terigisset, statim vigot medullas introit. Simili medicamine medicinam fecit puero cuidam paralytico, continuatim per triduum sacro liniens oleo. Iterum paralyticum eodem oleo sanavit, ut & podagricum: Et puellam, quae simul caeca, surda, & muta erat. Alium quoque, cujus brachium valde intrumerrat: Rursus alium manibus contractum, alium caecitate perculsum. Item mulierem caecam: Hydropicum contractum. Idem cap. 38. 39. 44. 48. 51. 52. 53. 55. 60.

S. DOMNOLUS Episc. Cenomanens. S. Germani Parisiensis Episcopi amicissimus, puerulum caecum, surdum, mutum & claudum oleo, benedicto ab his tam variis cruciatibus liberavit. Sur. Tom. 3.

S. HOSPITIUS oleo sacratum mutum ac surdum: Alium itidem caecum: Et feminam energumencam curavit. G. Turon. lib. 6. Hist. Franc. c. 6. & 7.

Oleo benedicto eiecit S. Pachomius Dæmonem à puella quadam. Sur. Tom. 3.

S. AUSTREGESILUS Archiep. Biturienensis oleo benedicto puellae cuidam visum restituit. Ibid.

Eodem medicamento multis saluti fuit S. Eutyrius, Patriarcha Constantinopolitanus. Quamquam videri possit sanctus iste usus oleo, non precibus consecrato, sed miraculoso, quod Sozopoli ex facto sancta Cruce, & alio, quod ibidem ex veneranda imagine Deiparae Virginis fucebat. Utrumque enim oleum adhibuit, cum conjuges Amantes, quorum filii, antequam ex ventre exirent, moriebantur, benedictione sua ab hac calamitate liberos reddidit. Quapropter, ut oleum hoc, ita & miracula tali oleo effecta, ad argumentum de Reliquiis spectare videntur. Quia tamen exploratum non est, an hoc solo miraculoso oleo usus sit, huc res H vocabo, quae per oleum supra naturae vires efficitur ab Eustachio Presbytero & discipulo suo scribitur. Oleo igitur sancto puellam surdam & mutam curavit: Alium itidem mutum: Et puerulum, cui exarefcebant omnia membra. Alium jam animam exhalaturum: praeterea puerulum claudum. Puellam insuper, quae occultè à Diabolo obfessa, Eucharistiam sumere nequibat. Ad haec pictorem, cujus manus ita intumuerat, gravi ulcere affecta, ut necessario amputanda videretur. Item leprosum. Rursus caecum: Et feminam, cujus ubera propemodum exaruerant, ut infantibus alimenta suppeditare non possent. Denique hydropicum. Ibid. Tom. 2.

S. NICETAS Confessor quendam oleo sancto ab amentia liberavit. Paralyticum S. Theodorus Siccota, & Episcopum, qui manuum dolore, & articularum omnium solutione laborabat, & Ostitium suum, cui Dæmon manum ingenti cum tumore & dolore invaserat; accepto enim oleo, cui vir sanctus benedixerat, manum unxit, triduoque convulsi Nautam quoque vexatum à Dæmone, & luctatorem.

S. CUTHBERTUS Episc. Lindisfarrensis, puellam capitis &

C c 2 late-

A laterum doloribus cruciatam oleo benedicto sanavit. Beda in vita S. Cuthb. cap. 30.

S. PATERNUS Episcopus Abricensis, mutæ puellæ per oleum benedictum loquelam reddidit: idem puerum à serpente percussum ab interitu servavit, nam edito Crucis signo, & olei liquore puero perfuso, exitiale virus tali antidoto profugavit. Sur. Tom. 2.

S. MACARIUS puero enervamento per oleum benedictum saluti fuit, similiter etiam puellæ paralyticae. Pallad. in hist. Lausica.

S. Remigius ægrum ad extrema deducit, necdum baptizatum, & baptismi salutaribus undis abluit, & sacro oleo perunctum exoptata sanitate exhilaravit. Hincmarus, qui res B. Remigii literis mandavit, vocat oleum exorcizatum. Quo nomine non nisi oleum benedictum intelligit; nam exorcismo subungebatur benedictio, ut videre est in formulis, quibus Ecclesia salem & aquam benedicit. Quamquam oleum, de quo nobis sermo, S. Remigius non benedixerat, sed divinitus benedictum acceperat, ut & christina in alia ampullula.

B. S. CLARUS Abbas Viennensis, quandam gravi infirmitate vicerum laborantem, oleo sancto curavit, ut & paralyticum S. LANOMARUS Abbas, itemque enervamentum; S. PARNIUS ulceribus plenum, & alium aridum, & scemnam veneficio attentatam. Tom. 1. Surii.

S. THEODOSIUS cœnobiarum oleo benedicto bruchos & locustas fugavit, ne frugibus detrimentum afferrent. Tom. 1. Surii.

DE S. Udalrico, Episc. Augustano, hæc memoria prodidit Berno Abbas Augiensis. Per oleum in cena Domini ab eo consecratum, variis languoribus detenti pristinae restituti sunt sanitati; nec non & oculorum caligine obrebrati, hujus sancti olei unctioe merebantur illuminari. Operæ pretium est inferre, qualiter etiam per efficientiam hujus sancti liquoris consecutus est (ipsemet S. Udalricus) gratiam sospitatis. Quodam itaque tempore ad Monasterium Campidonense veniens, tanta infirmitate correptus est, ut non nisi inter aliorum manus sustentatus, quoquam posset gressum movere, vel quid cibi pro recreatione virium percipere. Tunc sub omni celeritate Augustam mittitur, C. oleum ab eo consecratum deferret. Quo in ipsa sancta Pentecostes vigilia, hora diei nona, delibutus, in tantum per gratiam Dei, contra spem omnium, subito convaluit, ut refecitere cibo, ac cum fratribus vespertinae synaxi incolumis interisset, &c.

JOANNES Abbas, dans oleum, curabat multos ex iis, qui laborabant, ut inquit Pallad. Hist. Laus. c. 39. Senatoris enim cuiusdam viri uxor, quæ oculos amiserat, & habebat pupillas obductas rubigine, rogavit maritum suum, ut ad ipsum deduceretur. Cum is autem diceret, eum nunquam convisse mulierem, ea autem rogaret, ut ipsi solum significaretur, & pro ipsa id efficeret, sic fecit, & misit oleum. Cum tres autem dies solum inunxisset oculos, respexit, & Deo apertè egit gratias. Alteri fabricanti dedit idem Joannes oleum, quo cum se unxisset, quidquid intus habebat, per os emisit, & à febre omnino liberatus, propriis pedibus recessit ad hospitium.

S. AUGUSTINUS lib. 22. de Civit. Dei. c. 8. scribit, Hipponensem quandam virginem scio, cum se oleo perunxisset, cui pro illa orans presbyter instillaverat lacrymas suas, (hoc D. est, cui benedixerat) mox à Dæmonio fuisse sanatum.

De quibusdam Monachis Ægypti, cum à Lucio Arianio Episcopo exagitantur, ita Sozomen. lib. 6. c. 20. Fertur eodem tempore, quo exspectabant milites in se impetum facturos, quandam, cuius membrorum articuli diuturno morbo ita debilitati erant, ut pedibus consistere non valerent, ad ipsos apportatum fuisse. Quem ubi oleo inunxerant, jubebant in nomine Christi, quem Lucius persequebatur, surgere, atque domum abire. Itaque homo ille derepentè sanatus, palam prædicavit, doctrinæ istorum assentiendum, penes quoque etiam Deus ipse veritatem esse suo testimonio confirmaverat, qui Lucium quoque damnaverat, exaudiveratque preces istorum, ejus implorantium auxilium, & ægrotum denique ad pristinam valetudinem restituerat. Vid. de Ruffin. lib. 2. cap. 4.

Benamino Monacho Deus hanc gratiam largitus fuerat, ut solo contactu manus, aut oleo, supra quod orabat, absque medicamentis ægrotos omni morborum genere liberaret, recte eodem Sozom. lib. 6. cap. 29.

Sanctus Theodericus Abbas oleo benedicto siliam

Theoderici Regis Franciæ ad vitam revocavit: ipsiusque Regis oculum eodem remedio percuravit. Tom. 4. Surii.

S. GERMANUS multos, quorum fauces intumuerant, oleo benedicto à tumore liberavit, & alteri eodem pharmaco lumen oculi, & officium manus reddidit. Ibid.

Oleo benedicto tempestas maris sedata est meritis B. Aidani, Episcopi Lindisarnensis, teste venerab. Bed. l. 3. hist. Ang. Cum enim Uta Presbyter, Cæciliam profecturus, una cum suis precibus à B. Aidano postulasset, ille benedicens eos & Domino commendans, dedit etiam oleum sanctificatum, scio, inquit, quia ubi navem ascenderitis, tempestas vobis & ventus contrarius superveniet. Sed tu memento, ut hoc oleum, quod tibi do, mittas in mare, & statim quiescentibus ventis serenitas maris vos læta prosequetur, & cupito itinere domum remittet. Quæ cuncta, ut prædixerat Antistes, esse ordine completa sunt. Equidem, in primis furentibus undis pelagi, tentabant nauæ, ancoris in mare missis, navem retinere; neque hoc agentes aliquid proficiebant. Cumque emergentibus undique, & implete incipientibus navem fluctibus, mortem sibi omnes imminere, jam jamque adesse viderent; tandem Presbyter remissis fœdera Antistitis, assumpta ampulla, misit de oleo in pontum, & statim, ut prædictum erat, à suo quiescit futuro: siquæ factum est, ut vir Dei per prophetiam spiritum, tempestatem prædixit futuram, & per virtutem ejusdem spiritus hanc exortam, quamvis corporaliter absens, fopoverit.

Venerabilis Beda l. 3. c. 8. scribens in illud D. Lucæ: Interrogavit autem illum Jesus dicens: Quod tibi nomen est? ille dixit: Legio, &c. refert, se ex pluribus vide dignis sacerdotibus intellexisse, cum obisset vel vexatis à Dæmone omnem operam perdit, nisi patientes, quantum sapere possunt, omne, quod ab immundis spiritibus, visu, auditu, gustu, tactu, & alio quolibet corporis vel animi sensu, vigilantes dormientesve pertulerint, confitendo patienter exponant, &c. Et nomen Dæmonis, quo se censerit dixerit, & dejerandi modos, quibus amoris sui fœdus alterutrum pepigerint, prodendos esse præcipiunt. Quæ mendacio simillima res, inquit Beda, sed adeo vera & plurimorum est attestacione notissima, ut quidam vicinus mihi presbyter tulerit, se quandam sanctimonialem scemnam à Dæmonio curare cepisse; sed quædam res latebat, nihil apud eum proficere potuisse. Confesso autem, quo molestabatur, phantasmate, mox & ipsum orationibus, ceterisque, quæ oportebat, purificationum generibus effugasse, & ejusdem scemnae corpus ab ulceribus, quo Dæmonis tactu contraxerat, medicinali studio adjuncto, sale benedicto curasse. Sed dum unum de ulceribus, quod altius lateri infixum repererat, nultatenus posset, quin continuo panderetur, obducere; ab eadem ipsa, quam sanare volebat, consilium quo sanaretur accepisset: Si, inquit, oleum pro infirmis consecratum, eidem medicamento adperferret, itaque me perunxerit, statim sanitati restituitur: nam vidi quondam per spiritum, in quadam longius posita civitate, quam nunquam corporalibus oculis vidi, puellam quandam pari calamitate laborantem, taliter à Sacerdote curatam. Fecit, ut illa suggereret, statimque ulcus remedium, quod ante respuerat, accipere consensit. Hæc Beda, ubi & salis & olei benedicti miracula habes.

Recitant hæc eadem ex Beda Centuriatores Cent. 8. l. 6. sed addunt episcopi. Observavit dignissimum est, hanc ipsam rem non ex verbo Dei, sed ex Dæmoniacæ crebro originem traxisse. Nihil minus, è boni; nam mos oleo medendi agris, originem ducit ab exemplo Apostolorum, quibus hæc medela in usu, & à monito illo S. Jacobi: Infirmitur quis in vobis? inducat presbyteros, & orent super eum, ungentes eum oleo, &c. five illo, quod ad extremae unctiois usum benedictum esse; five illo, quod piorum vota ac preces sanctificaverat. Exstat hæc de re lex admodum salutaris in Capitularibus Francicis lib. 6. c. 72. Ut à Clericis vel Laicis phylacteria, vel saltae inscriptiones aut ligaturæ, quæ imprudentes pro febribus aut aliis febribus adjuvare putant, nullo modo vel ab illis, vel à quoquam Christiano fiant, quia magice artis infamia sunt; sed pro infirmitate illud, quod Apostoli & Canonice sanxerunt, id est, orationes & facti olei unctio fiat.

De Mecetia nobili femina Carthaginensi scribit Evodius Episcopus Vzalensis: Eam omni die bellucellam in oleo sanctificato unctam accepisse, & sic ceteros cibos accepisse.

S. GENOVEVA virgo puerulum quemdam cœcum ab ortu surdum & claudum, olei abs se benedicti unctioe sanavit, ut est in historia vitæ ejus. Similia miracula ejusdem consecrati olei efficacitate patrata invenies in T. o. Sur. in vita S. Macarii.

A. vii. S. Austrebertæ, S. Eugendi, S. Boniti, S. Theodosti, S. Martii, S. Urfinari, S. Nicetæ, S. Joannis Silentiarii, S. Alberti Catmelitæ, S. Senochi, B. Maclovii, S. Eloguii, S. Hiberni, S. Constatibilis Abbatis, & aliorum. Per oleum ab Udalrico in Cena Domini consecratum, variis languoribus detenti pristinae restituti sunt sanitati, nec non & oculorum caligine obtenebrati, hujus sancti olei unctioe merebantur illuminari, ut inquit Berno Abbas in vita S. Udalrici apud Sur. Tom. 2.

In vita Pardenii Episcopi Lampfaci habet Metaphrastes, quod Eucheria quadam nomine, uxor Agapii Magistriani Pageleoti, veneficio attentata, cum ei roderentur intestina, allata est ad sanctum virum, & cum in tribus diebus ei esset precatus, & ex oleo sanctorum eam potasset, sanam remisit in domum suam. Ex Metaphraste. Surii Tom. 1.

THEODERICO Gallorum Regi Clodovei filio accidit interitum, ut oculorum operam eluderet. Itaque illis de sua arte desperantibus, hoc unum supererat Regi consilium, ut humano auxilio desitutum divinum imploraret. Mittit igitur supplices nuncios ad venerabilem Abbatem Theodericum, ut qui silium revocaret ad vitam, etiam celestrem oculo ipsius faceret medicinam. Advenit illi vir Dei, corpus solo sternit, animum tollit ad coelos, totus in preces pro Regis curatione incumbit. Post paululum erigens se, facti olei partem infundit summo pollicis malæque affecto oculi signum salutiferæ Crucis imprimi, lumenque pristinum temporis puncto Regi reformatur. Rex lætus magnificat Regem Regum, ingenti gaudio plebs omnis exultat. In vita S. Theoderici Abb. apud Sur. 1. Jul. Tom. 4.

Joan. Molinetus Chronici Belgici anno 1490. scribit, Ægidium Netteleum Decanum Cameracensem, cum exorcizaret Quercetenfes energumenas, quæ loqui, labia claudende demerere, nolebant, solutum digitis illa labra deducere, & inciperat hostem; si valles potesque digitos hoc oleo sacro imbutos mordere, vel ledere, in illos tibi permitto: si nequis, os aperit, impero. Mox autem energumenas vias libertatis magna molestia, cepisseque Decano parere, easque respondere ad quaesita.

PANIS BENEDICTUS.

Antiquissimus & vulgatissimus est usus panem & oleum benedicensi, tam solemni, quam privata benedictione. Et quidem pro publica panis benedictione exstat in Romano Missali hæc formula: Domine Jesu Christe, panis Angelorum, panis vitæ æternæ vitæ, bene f. dicere dignare panem istum, sicut benedixisti quinque panes in deserto, ut omnes ex eo gustantes, inde corporis & animæ percipiant sanitatem.

Alia Panis benedictio in eodem Missali Romano: Domine sancte pater omnipotens æterne Dæi, benedicere digneris hunc panem tua sancta spirituali benedictione; ut sit omnibus inimentibus salus mentis & corporis, atque contra omnes morbos & universas inimicorum insidias tutamen, &c.

Panes à sanctis viris benedictos maximi olim faciebat pietas Christiana. Quod unum D. Hilariion exemplum comprobatur, de quo S. Hieron. in vita S. Hilari. Concurrentibus Episcopis, Presbyteris, Clericorum & Monachorum greges, matronæ quoque Christianorum, grandis tentatio, hinc & inde ex utribus & agris vulgus ignobile, sed & potentes Divi & iudices, ut benedictum ab eo panem, vel oleum acciperent.

Græci post Liturgiam distribuunt presentibus panem illum, ex quo ad sacrificium consociendum particulam deferunt ac desumpserunt, quem vocant *arta dapsa*, eumque benedictionis gratia, religiosè comedunt, de quo multa Græcanicarum Liturgiarum Commentatores: in his Cabasil. in Exposit. Liturg. c. 53. qui isthæc: Oblatum panem, ex quo factum panem abicidit, in multa divinum tradit (Sacerdos) fidelibus, ut qui sanctus sit, eod quod templo fuerit dedicatus & oblatus: illi autem eum omni reverentia suscipiant, & dexteram (Sacerdotis) deosculantur, ut quæ sanctissimum Salvatoris corpus recenter tetigerit, & quæ ex eo procedit sanctificationem & susceperit, & iis, qui attingunt, impertiri credatur. Interea autem eum quoque, qui illis horum bonorum auctor est & supplicator, glorificat, &c.

Similia sermè Simeon Thessalonicensis in Opusculo de Templo.

Ad Eulogias spectat quoque fermentum seu panis fermenti. L. B. T. beat. vit. Hum. an. Tom. I.

tatus, de quo anxie viri docti disputant, ejus meminit Liber de Pontificibus Romanis in Syricio: Hic constituit, ut nullus Presbyter Missas celebraret per omnem hebdomadam, nisi consecratum Episcopi loci designati susciperet declaratum, quod declaratur (nominatur) fermentum. Non licebat ergo Presbytero Missas celebrare, nisi declaratum, hoc est, panem fermentatum benedictum, in testimonium unitatis ejusdemque fidei, ab Episcopo accepisset. Vocabatur autem fermentum hoc, seu panis, fermentum declaratum, quia concordiam mutuum, & ejusdem Catholice fidei professionem declarabat.

De Melchiade Papa idem liber; Hic fecit, ut oblationes consecratae, per Ecclesias, ex consecratis Episcopis dirigerentur; quod declaratur (nominatur) fermentum.

Vides ergo & hic & supra in Syricio, Eulogias istas fermenti, seu panis fermentati, ab Episcopo benedictas, & ad alios missas fuisse: de quibus longè copiosius Innocentius primus hoc nomine Pontifex Episc. ad Decentium: De fermento verò (hoc est, pane fermentato) quod die Dominico per Titulos (hoc est, Ecclesias titulares) mittimus, superflue nos consulere voluisti; cum omnes Ecclesie nostræ (Titulares scilicet, ad quas panis fermentatus mittebatur) intra civitatem sint constitutæ. Quarum Presbyteri, quia die ipso, propter plebem sibi creditam, nobiscum convenire non possunt, idcirco fermentum à nobis consecrum per Acolythos accipiunt, ut se à nostra communione maxime illa die non judicent separatos; quod per parochias fieri debere non puto, quia non longè portanda sunt sacramenta. (Acceptit nomen Sacramenti impropiè & late, pro sacra, qualis erat ille benedictus panis fermentatus) Nec nos per cameraria diverfa constitutis presbyteris destinamus, ut & Presbyteri eorum consociendorum jus habeant atque licentiam. Vult ergo, fermentati panis Eulogias non esse mittendas remotioribus, sed propinquoibus tantum, quales erant Presbyteri illi Titulares intra moenia urbis; ceteris autem longius distitis jus integrum has Eulogias consociendi & distribuendi relinquendum dicit. Profert quoque Baron. ann. 31. m. 49. ex antiquo Rituali ista verba: Quinta Dominica in Quadragesima, & Sabbato, datur fermentum in Consistorio Lateranensi.

At tempus jam exigit, ut ab Eulogiis Fermenti conferamus nos ad alias, quas sive in Templo, inter vel post Missam, sive privata benedictione consecratae, absentes absentibus, imò & presentes presentibus date consueverant in mutua consensionis & charitatis argumentum.

Floard. l. 2. hist. Rhem. c. 11. de Rigoberto Episcopo. Hic venerabilis Præsul Pipinum Majorem Domus Regiæ tradit amicum suum habuisse, cui Eulogias pro benedictione crebro solebat mittere.

Exstant apud Marculfum Monachum, pervetustum Gallicum Scriptorem, nuper editum, lib. 3. c. 42. 43. 44. 45. Formulae, quibus amicis Eulogiæ commendandæ & ostendendæ erant. Eulogiæ, inquam, die Nativitatis Domini & Resurrectionis potissimum consecratae; ex quibus una ad Episcopum. Domino sancto & Apostolica veneratione colendo Domino, & in Christo fratri, &c. Dominicæ festivitatis resurrectionisque mysteris, in qua idem Deus Christus Tartarum pro semetipsum deiecit abolere, nudus victorque de exuperato hoste triumphans captivitatem, dedit dona hominibus, propterea remeavit ad coelos, anni circulo revolvente, quæ felicitas vel prosperitas vestram constitit industriam aut sanctitatem excepisse, ipsoque, Deo præsele pergesse; cum Eulogiis peculiaris patris vestri sancti illius, & salutacionis officia veneratione præcipua mittentes, quaesimus, ut nostram extremitatem affatis dignabili jubeatis specialibus informare.

In formula responsoria ad Episcop. Eulogias mittentè, hæc inter cetera legitur: De edulio depasti recreatique, sacro hoc de munere vestro tripudiantes, gratias multas agimus, &c.

Exstat apud eundem Auctore Formulæ, quæ utendū, quādo in Natali Servatoris nostri ad Regem, Reginam, vel Episcopum Eulogiæ destinantur. Ubi obervat phrasin istam: Cui Eulogiis peculiaris patroni vestri: nam ut Eulogiæ gratiores atque acceptiores esset, benedicbatur ab Episcopis in honore illorū cœlitum, quos Eulogiis donati pro singularibus patronis habebant. Quapropter jam ex Gregorio Turonensi Eulogias B. Martini audivimus, quia in hujus honore à Gregorio Turonensi Archiep. benedicbantur. Etiam Formosus Papa benedictum panem, hoc est, Eulogiam misit Carolo Simplicio Gallorum Regi, ut scribit Floard. lib. 4. hist. Rhem. c. 2. in fin.

A Verum enimvero moris huius Eulogias ad absentes mittendi, longè illustriora exempla suppeditant nobis S. Augustinus, & sanctus Paulinus Nolanus Episcopus: nam ex Africa in Campaniam, & ex Campania in Africam Eulogias sibi transmissit. S. Paulinus Episcopus ad S. Augustinum Episcopus, 31. Panem unum, quem unanimis indicio missimus charitati tue, rogamus accipiendo benedicas. S. Augustinus ad S. Paulinum: Panis quem missimus, uberior benedictio fiet dilectione accipientis vestre benignitatis. S. Paulinus ad Alypium: Panem unum sanctitati tue unitatis gratia missimus, in quo etiam Trinitatis soliditas continetur. Hunc panem Eulogiam esse, tu facies dignatione sumendi. S. Augustinus Episcopus, 24. Episcopus, 35. inter Episcopus, S. Augustinus.

Idem S. Paulinus Episcopus ad Romanianum: Ne vacuum fraternitatis officium videretur, de buccellato Christianæ expeditionis, in cuius procinctu quotidie ad fragilitatem annonam militamus, panes quinque tibi pariter, & filio nostro Licentio missimus: non enim potuimus à benedictione secedere, quem cupimus eadem nobis gratia penitus annexere.

B S. Paulinus ad Severum Episcopus, 1. Panem Campanum de cellula nostra tibi pro Eulogia missimus, &c. Tu licet uberioribus amicis à Domini mensa jam saturatus sis, dignare, & à peccatoribus acceptum in nomine Domini panem in Eulogiam veterere.

Eulogias seu panis benedicti alibi quoque meminit S. Augustinus, l. 2. de peccat. meritis cap. 26. Non unius modi est sanctificatio. Nam & catechumenos, secundum quandam modum suum, per signum Christi & orationem manus impositionis puto sanctificari, & quod accipitur, quamvis non sit corpus Christi, sanctum est tamen, & sanctius, quam cibi, quibus alimur, quoniam Sacramentum est, hoc est, aliquid sacramentale & mysticum, & rerum spiritualium significativum.

Potest cum Eulogias ejustem fidei testimonium, & quasi consectoria essent, haud eas licebat ab hæreticis accipere. Quare Concilium Laodicenum statuit: Quod non oportet ab hæreticis Eulogias accipere, quia sunt maledictiones potius, quam benedictiones. Et in Capitularibus Francis, Ut ab hæretico benedictionem nullus accipiat. Idem in Concilio Bracerensi secundo statuitur, cap. 70. Vide *Primum in Nomocanone Tit. 12. cap. 9.*

Nec mittebantur Eulogias ad excommunicatos. Qua de re legitur memorabile exemplum in vita S. Albini Episcopi Andegavensis Tom. 2. Suri. Cum rogaretur, ut Eulogias, quas reliqui Antifites ad personam communionis suspensam dirigentes benedicerent, ut & ipse signaret, ait ad Sacerdotale Concilium: Estant ad imperium vestrum ego signare compellor, dum vos causam Dei reculas defendere, ipse potens est vindicare. Quo facto, antequam Eulogias excommunicata persona suscipere, expiravit: Et priusquam portitor perveniret, sermo Sacerdotis obtinuit.

Nec omittendum, S. Gregorium Nazianzenum Orat. in funere Patris, eorumdem Eulogiarum meminisse. Matris enim suæ agrotantis somnium enarrans, ita scribit: Visum est ipsi me, quem charissimum habebat, noctu repente supervenientem, cum canistro, panibusque in primis candidis, pro meo more benedictis, atque cruce signatis, eam aluisse, sicque convalescere, ac vires collegisse, Ubi observandum, Sancto Gregorio utitur fuisse panes benedecere, aliique sumendos offerre.

Addamus & hoc. Aliquando nonnullis in penam injunctum est, ut ab Eulogias dandis abstinerent: nam Ursicinus Cadurcensis Episcopus penitentia triennali subiectus, inter cætera hoc etiam mandatum accepit, ut Eulogias dare penitus non auderet: teste Gregorio Turonensi lib. 8. Hist. Franc. cap. 20.

Festivum est, quod Monachus Sangallensis de Carolo Magno prodidit. Sangall. l. 1. c. 3. Ab alio Episcopo cum benedictionem peteret, & ille, signato pane, primum sibi perciperet, deinde honestissimo Carolo porrigere voluisset, dixit ei: Habeas tibi totum panem illum; & sic eo confuso, benedictionem illius accipere soluit.

Videntur autem Eulogias seu panem, & vinum benedictum etiam tunc percipisse, cum à se mutuo discedere pararent; quemadmodum nos nunc benedictionem S. Joannis offerre solemus. Apud Greg. Turon. l. 6. c. 5. Chilpericus Rex postulat, ut accepta benedictione, discedere liceat; ait enim, Dicam tibi, id Sacerdos, quod Jacob dixit ad Angelum, qui ei loquebatur: non dimittam te, nisi benedixeris

michi: Et hæc dicens, aquam manibus porrigi jubet. Quibus E. & ipsi accepimus, & Regi porreximus, haud loquebatur, valedicens discessimus.

Ex nefario factio Florentini Presbyteri, qui odio atque invidia stimulante, D. Benedicto panem veneno infectum, quasi benedictionis loco, miserat, elucet bonus mos, nempè usus mittendi Eulogias. S. Greg. lib. 2. Dialog. cap. 8.

Meliores Eulogias misit ad S. Gregorium lib. 11. Regis. Epistol. 49. Eulogias Sancti Marci à beatissima fraternitate vestra transmissas, cum ea charitate, qua sunt directæ, secundum notitiam earum suscepimus, & gratias affectui vestro referimus.

Nec prætermittendum, ipsos etiam cibos vulgari & communi in mensa appostos, Eulogias nomen tulisse. Exemplum exstat apud Adamantum in vita S. Columbe Abbatis de Cahinnicho itidem Abbate. Cum fortè post Nonam cœpisset horam in Oratorio Eulogiam frangere, ocyus deseruit mensulam, &c. Et cum hæc voce ad Ecclesiam periret; Non est nobis nunc tempus prandere, &c. Vocatur autem eculenta & poculenta, Eulogia, tum propter benedictionem, quæ mensæ præmittitur; tum quia ex benedictione & Dei largitate hominibus obveniunt; tum denique quia benedicens & laudando Deum sumi debent.

Eadem notione usurpata videtur Eulogias nomen à Gregorio Turonensi in vita S. Nicetii, Episcopi Lugdunensis, qui ad Presbyterum, mali & inverecundi responsum nunciam mensæ accubens agebat: Eulogias de manu mea non accipies; quem tamen mox placatus Eulogiarum participem fecit. Eadem notio subijctur vocabulo benedictionis apud S. Gregor. de S. Benedicto, Vir sanctus à lectione minimè surrexit, sed vocatis fratribus, cum (Galliam Arianum crudelissimum, sed tunc miraculo nonnulli circuiturum) introfatum tolli, ut benedictionem, hoc est, cibum & potum acciperet præcepit. Greg. lib. 2. Dial. cap. 31.

Non rectè autem Centuriatores Cent. 6. cap. 2. ex historia, quæ exstat apud Evagrum, Eulogias produciunt; nam Evagrius non nominat Eulogias, & expressè loquitur de reliquiis particulis Eucharisticis. Ait enim, morem hunc fuisse Constantinopoli, ut quando potiori ratione, si dicitur iustitiam admodum particule immaculati corporis Christi Dei nostri superelatis, pueri illibati, qui scholas frequentabant, accerterentur, easque manducarent. At quis nescit, aliud esse corpus Domini, & aliud Eulogias, de quibus in presenti disputatio instituitur: Panis enim Eucharisticus specie quidem panis est, non substantia, utpotè quæ in corpus Domini convertitur; Eulogias autem nostræ, licet benedictæ sint, verè tamen & substantialiter panis sunt. Evagr. lib. 4. c. 35.

Ad hoc caput revocari posse videntur panes S. Nicolai Tolentinaris, qui quorannis die 10. Septembris ejus in honorem benedicti solent: Origo est, quod Deipara Virgo, comitante S. Augustino, viro illi sancto, dum viveret, panem, quo vesceretur, propriis manibus porrexerit. Quare in memoriam, die festo S. Nicolai, panes benedicti, qui etiam, vocantur panes S. Nicolai, ut referunt in suo Catalogo Philipp. Ferrarius.

Miracula per panes benedictos seu Eulogias edita. Eulogias seu benedictus panis, est Sacramentale quoddam, ut ex vulgari illo versiculo liquet: H

Orans, intus edens, confessus, dans benedicens. Primo vocabulo significatur Oratio Domini. Secundo, aqua benedicta. Tertio, panis benedictus. Quarto, Confessio generalis. Quinto, Eleemosyna. Sexto, Episcopi vel Abbatis consecrati benedictio. Adducunt alii tria alia, Orationem in Ecclesia consecrata, tunc ionem peccatoris, & sacram unionem. Verum Franciscus Suarez, Orationem Dominicam, Confessionem generalem, Eleemosynam & tunc ionem peccatoris pro Sacramentalibus non agnoscit.

Illud cum aliis Theologis asserendum, Sacramentalia, quæ verè talia sunt, producere effectus suos non tantum ex affectione & pietate utentis, sed ex opere operato, hoc est, ex ipsa sua institutione, & ut ita loquar, ex natura, quam ex institutione habent. Qua de re vide Henr. Henric. l. 1. de Sacr. in gen. cap. 20. Num. 2. & 3. Quapropter, quod supra de aqua benedicta tradidimus, illud etiam ad panem benedictum religiose sumptum accommodari debet; quia est convenientius ipsi benedictionis formulæ, in qua orat Ecclesia, ut qui hunc panem gustant, salutem corpo-

A corporis & animæ inde percipiant. Que verba significare videntur, panem benedictum reverenter manducatum, remissionem venialium efficere, si in subiecto obstatulum, hoc est complacentiam ad peccata venialia, unum vel plura, non inveniat, quiddam alioquin subiecto fiat. Eademque est ratio effectuum corporalium; qui tamen non dantur infallibiliter, licet dentur ex opere operato, sed pro arbitrio Dei optimè gnati, quid nobis expediat, quid non. Clarior res evadit altera benedictionis formula, in qua petitur, ut panis benedictus sit omnibus fumentibus salus mentis & corporis, & tutamen contra omnes morbos, ac inimicorum insidias. Idem magis quoque consonat verbis S. Augustini capite superiore recitatis; palam enim ait, catechumenos panem benedictum sanctificari, & panem hunc sanctiorem esse, quam sit panis vulgaris, quo alimur, quamvis iste etiam per verbum Dei & orationem sanctificetur. Hæc Catechumenorum sanctificatio in eo posita videtur, quod religioso est panis benedicti remissionem venialium macularum consequantur. Majorem quoque huius panis benedicti sanctitatem, quam D. Augustinus prædicat, in eo fitam non injuria credimus, quod illis panis manducatio per se absque implicito vel explicito penitentia motu veniales labe delere apta est: alioqui quid peculiare præ panem mensario per verbum Dei & orationem sanctificato possidebit, cum & huius panis usus à venialibus exolvat, si cum formali vel virtuali penitentia conjungatur? Idem mihi persuadere de illis eculentis & poculentis, quæ ex Ecclesiæ influro benedicti solent, ut est Agnus paschalis, seu Caro, quæ die Resurrectionis Dominice consecratur; item Ova, & qualescumque novi fructus, imò quodcumque comestibile; cum in Missali Romano benedictio ad quodcumque comestibile existat.

EULOGIARUM EFFECTUS.

Restat, ut alios panis benedicti seu Eulogiarum effectus persequamur. Vitam S. Germani Episcopi Parisiensis litteris commendavit Fortunatus Pictavensis Episcopus, qui c. 4. de sancto hoc ita habet: Cum aliquando ad possessionem matris Ecclesiæ, quæ dicitur Methe, sacerdos Christi accederet, quidam ei accurrens fit obvius. Quem inquirens, de quam villa præteriret, ille se solum incolum esse respondit, cum universis vero coccolas parvis tadio laborare: cuius Eulogias ad infirmos paratis, statim ab eis languor omnis fugatus est, & primo gustu Eulogiarum, morbus cum pane consumpsit. Sic enim vult ab illa turba cum esca sanitas manducata. Tom. 3. Suri.

In eadem hist. idem Fortunatus de eodem S. Germano c. 12. In Pago Aulienis res gesta est. Coniux namque illustris viri Valsuti de Stafia nomine, vitalis spei destituta solatis, ac lingue carens officis, per biduum muta, spiritu quoque deficiente decubens, apparatus exequiis jam palpitabat exanimis. Cui Eulogias à sancto per Presbyterum suum directis, ac violenter adaptis præmorsæ dentibus in os transfectis, mox ut fauces semivivæ liquor benedictionis introit, incipit mulier vitæ statibus anhelare, atque oculi necesse præclulsi, lumen dei requirere, ita ut post funerum pallorem facies in ruborem transiret, donec cunctis stupentibus, vivificata conlugeretur, & circumstantes auctoris munetis gratiam prædicarent. Quæ singulis annis tributum sancto vitæ solvat pro pretio.

Panem benedictio expulit S. Pachomius Dæmonem. Res Dita narratur in ejus vita Tom. 3. Suri. Cum hæc fama (miraculorum) in omnem partem pervasisset, alius rusus suum filium, qui immanem habebat Dæmonem, quotidie lugens, cum eum non posset ad Sanctum deducere, venit ipse genuflectens & rogans, ut pro eo oraret. Is vero cum esset precatus, & illi panem dedisset, præcepit, ut tempore vescenti eum comedendum præberet laboranti: Ei itaque esurienti pater panem obtulit. Dæmon autem id sentiens, non permittit ei, ut ipsum gustaret, nec ut tangeret; sed cum multa alia accepisset, explevit appetitum. Rursum ergo pater ejus, cum hunc panem accepisset, & minutatim fregisset cum minutissimis partibus casei, injecti fragmenta in medium dactylorum, eaque sola ei apposuit, ut actum ignorem acciperet benedictionem. Ipse autem rusus ea aperiens, & hunc jecit fragmenta, & dactylos abhorrens reliquit, volens nihil omnino gustare. Cum ergo pater ejus cum multis diebus reliquisset jejunium, nihil aliud præter hunc panem reliquit in ejus potestate. Is vero fame oppressus ex eo sumpsit, & cum primum fuisset refectus, dormit, & recessit ab eo malus spiritus. Tunc pater accepto, qui cu-

L. B. T. heatr. vit. Human. Tom. 1.

ratus erat, filio, rusus cum ipso accessit laudans Deum, qui E. per suos Sanctos fecit magna miracula.

In vita S. Austregisilli hæc ibidem scripta sunt: Fuit illustris matrona, Deoque dicata Austraberta coniux quondam Cironaldi illustrissimi viri. Hæc referre solet, quod ipsa præsentem gestum fuit. Unus ex pistoribus ejus, Leodemarus nomine, morbo atrocissimo vexabatur. Habebat autem ipsa panem à sancto Austregisillo benedictum, ipsique ab eo pro Eulogiis transmissum. Servabat ea hunc panem, ut si qui malè affectus videretur, illi integra fide sumendum præberet. Rogavit ergo quosdam, ut pistorum hunc apprehenderent, & in ejus os ex illo pane aliquid inferrent. At ille prorsus reculavit, nec quidquam ejus sumere voluit. Ingestus est tamen, ipso etiam invito, in os ejus panis, moxque ille malum omne, quo cruciabatur, evomuit, & reddidit sanitati hodieque suum officium facit.

S. Arnulphus Sveffionensis Episcopus benedictio pane lunaticum curavit; nam mulieri, quæ pro misero deprecatu- ra ad Sanctum venerat, benedictum panem dedit cum hoc mandato: Mox ut domum redieris, aliquid huius panis, ante omnem cibum, cum sumere compelle, &, Deo jubente, passio, qua laborat, curabitur. Fecit illa, ut docta erat; sed malignus in vator non permittit; ut ejus panis quidquam contingeret, haud secus atque ignis, ejus tactum perime- scens. Sed diuturna fame tandem compulsus, sumpsit ex eo, & sanatus est. Ad infirmos etiam longius postros crebrè transmissit panem vel vinum, sua benedictione conditum, eoque gustato, illi confestim melius habebant. Idem S. Præful panem benedictio medicinam fecit ægro, cui omnis evadit facultas adempta fuerat. Lisard. Episcopus in vit. a S. Avulphi cap. 12. Tom. 4. Suri.

S. Euphrosus Cantuariensis Archiepiscopus panem benedictio Danos torminibus, & ingenti capitis cruciata libera- vit, ut in ejus vita scribit Osbertus Surius Tom. 2.

Quidam S. Mederici Abbatis discipulus ita erat Diabolica illusionem subactus, ut quodcumque operi divino infisteret deberet, statim ut synaxeos oratio consueta finienda erat, ab Ecclesia exiret. Qua de causa frequenter admonitus, non est tamen emendatus. Tunc S. Abbas panem accepit, & benedicens dedit Eulogias fratribus, & ab eo mox inimicum exclusit. Idem Tom. 7.

De S. Romualdo Abbate Petrus Damianus: Habebat vir sanctus hujusmodi consuetudinem, ut si quando fratres in viam dirigeret, benedictum illis five panem five pomum, seu quodcumque aliud daret. Unde discipuli, ut experti multoties fuerant, certum tenebant, quod si ex benedictione Magistri culibet ægroto porrigeret ad salutem, illum incolum redderet, &c. Cum igitur dia forma miserabiliter vexaretur, quidam fratres, qui aderant, de benedictione panis, quam à Magistro susceperant, ei particulam tradiderunt. Quam cum mulier comessisset, mox mente sedata, ab omni redditur infans furorè liberima. Alio quoque tempore puer quidam Dæmoniacus ad beatum virum delatus est, cui ille nihil aliud fecit, nisi quod pro benedictione illi panis particulam tradidit. Cui mox puer ille refectus, confestim à Dæmonio liberatus est. Idem Tom. 2.

S. Eutychius Patriarcha Constantinopolitanus, panem benedictio mutum loquendi facultate donavit. Idem puellam ferè exanimem eodem pharmaco à limine mortis revocavit. Idem ibid.

Nec minus efficax fuit Eulogia S. Cuthberti, in qua salutem reperit Hildemerus Præfectus, jam jam moriturus. Aderant multi amicorum, qui ad consolandum venerant languentem: cumque lecto jacens assiderent, repente unius eorum intulit, quia secum haberet panem, quem sibi nuper vir Domini Cuthbertus benedictionis gratia dedisset: Et credo, inquit, quia huius gustu possit, si tamen fidei nostræ tarditas non obstat, medelam recipere salutis. Erant autem laici omnes, sed religiosi. Converti igitur ad invicem constabantur singuli, quia absque ulla dubietate crederent, per ejustem benedicti panis communionem cum posse sanari; impletesque calicem aqua, immiserunt pauxillum panis illius, & dederunt ei bibere. Cuius statim ut viscera gustus ille aquæ per panem sanctificatus attingit, fugit dolor interaneorum omnis, fugit exteriorum tabido membrorum. Nec mora; expeditum à languore virum salus subsecuta confirmavit, atque ad laudandam famuli Christi sanctitatem & admirandam fidei non fictæ virtutem, meritò & ipsum & omnes, qui celeritatem tam inopinatè fa-

A luti videre vel audire, sustulit. *Beda in vita S. Cuthb. cap. 31.*
 De S. Bernardo hæc scripsit mandata sunt. *lib. 4. vit. cap. 4.* Tam multis gustata ejusmodi benedictio (Bernardi) reddidit sanitatem, ut solus Dei, cujus hæc virtute fiebant, possent notitia comprehendere. Vidimus in Meldensi Territorio militem devotissimas referentem gratias viro Dei, quod ad primum gustum panis ab eo benedicti, plenam receperit sospitatem à febre quartana: qua sic graviter laboraverat mensibus ferme decem & octo, ut in hora accessionis, quasi phreneticus, nec matrem agnosceret. Virum quoque venerabilem, Gerardum Lemovicensem Episcopum, testantem audivimus, juvenem quandam de familia sua lethaliter in capite faucium, cum jaceret spumans & impositus, immissa sibi in os buccella panis, quem benedixerat homo Dei, tam celerem sensisse virtutem, ut incolumis fuisset ipsa hora. Neque illud tacendum, quod ipsam quoque substantiam panis ab omni corruptionis injuria, eadem benedictio vindicabat, adeo, ut plures viderimus, qui per septennium, & ultra, eosdem servaverant panes, nec colore nec sapore mutato. Ante hos paucos dies venerabiles Abbates

B Gerardus & Henricus de Svedia partibus venientes, dum super his conferremus, testati sunt nobis, panem ante undecim annos ejus benedictione signatum, manere apud se adhuc penitus incorruptum. Nec dissimilem apud aliquos nostrum usque hodie novimus, & apud alios multos credimus esse repositum.
 Mox subiungit memorabile exemplum de Eskillo Archiepiscopo Londensi in Dania; nam cum à S. Bernardo panem benedictum postulasset, eumque, quod diutius duraret, recoqui in furno iussisset, reprehensus est à S. Bernardo, quasi modicæ fidei. Itane, ajebat, non poterit benedictio ipsum panem magis, quam recoctio, conservare? Et non acquievit benedictio illum (his coctum) sed commune sibi panem præcipiens exhiberi, benedixit & dixit: Ecce nunc tolle tecum, nihil deinceps de corruptione sollicitus? Tulit, & ad suos per multa quidem prosperè rediens, usque hodie gloriatur, fidei suæ defectum evidentissima rei veritate convinci, &c. Concessus est etiam nobis de pane, quem retulit, quod nunc usque, cum jam tertius annus transierit, illesum ei beati viri fides & benedictio custodivir.

C Aliquando panis à viris sanctis benedictus mittebatur in aqua, eaque agri aspectu optatam sanitatem consequantur. Illustre hujus rei exemplum suppeditat nobis Adamannus Scorus de S. Columba *lib. 2.* qui cum cognovisset, incolas quosdam Scotia cum peccoribus pluvia pernicialis varios morbos aut contraxisse, aut contracturos; ait discipulo suos: Nos corum subvenire languoribus, Domino miserante, debemus. Tu ergo, Sylvane, nunc mecum descendens de monte navigationem præpara, crastina die, vita comite & Deo volente, à me pane accepto, Dei invocato nomine, benedictio, quo in aqua intincto, homines ea conspici, & peccora celerem recuperabunt salutem. Quid moramur? die crastina his, quæ necessaria erant, citius præparatis, Silvanus, accepto de manu Sancti pane benedictio, in pace enavigavit. Cui Sanctus à se eadem emigranti hora addidit hoc etiam consolatorium verbum, dicens: Confide fili, ventos habebis secundos, & prosperos diu noctuque, usque dum ad illam pervenias regionem, ut languentibus ibidem celeris cum salubri subvenias pane. Quid plura? Silvanus verbo obsecutus Sancti, prospera & celeri navigatione, auxiliante Domino, ad supra memoratam perveniens patriem, illius regionis plebem, de qua Sanctus prædixerat, devastatam nubis prædictæ morbifera reperit pluvia superfluente citius percurrentis, imprimitque bis terni viri in eadem mari vicina domo reperti, in extremis mortis positi, ab appropinquante eodem Silvano aqua benedictionis aspersi, in eadem præsentis die opportunitus sanati sunt. Cujus subitæ sanationis rumor per totam illam morbo pestilentiore vastatam regionem citò divulgatus, omnem morbidum ad sancti Columbae legatum invitavit populum. Qui juxta sancti mandatum, homines & pecora, pane intincto benedictio, aqua conspici, & continuo plenam recuperantes salutem homines cum peccudibus salvati, Christum in sancto Columba cum eximia gratiarum actione laudarunt. In hac enim supra scripta narratione, ut æstimo, duo hæc manifestè patret comitantur, hoc est, gratia prophetationis de nube, & virtus miraculorum in agrorum sanitate.

D Addamus & hoc, licet ad caput istud alioqui non pertinet. Idem S. Columba lapidem quoque à se benedictum, & in aquam immisum, salutarem ægris reddidit, asperitis

aqua, quam lapidis tactus sacraverat. Cum enim Broichanus, unus ex præcipuis Aulæ Regiæ Proceribus, servam quandam, pro qua B. Columba intercesserat, manumittere noller, preceque sancti viri suppliciosè apernaretur, in gravissimum morbum incurret. Cum tam ipse, quam Rex facile morbi causam divinarent, & sic de eo bibat, & demum deprecaturus culpam, & opem imploraturus mittunt. Auditis legatis, Sanctus binos binos de Comitum numero ad Regem cum lapide à se benedictio mittit, dicens: Si impietatis promiserit Broichanus se famulum liberaturum, cum deinde hic lapillus intingatur in aqua, & sic de eo bibat, & contiud saltem recuperabit. Si vero tenuerit, refragans servam absolvi, statim morietur. Duo missi verbo Sancti obsequentes ad aulam deveniunt regiam, verba viri venerabiliter enarrantes Regi. Quibus intimatis regi, & nutritio ejus Broichano, valde expaverunt. Eadem hora liberata famula Sancti legatis viri assignatur, lapis in aquam intingitur, mirumque in modum lapis contra naturam in aquis supermat, quasi pomum vel nux; nec potuit Sancti benedictio viri fumeri: de quo Broichanus natante libens lapide, statim à vicinia rediit morte, integramque carnis recuperavit salutem. Talis vero lapis postea in Theauris Regis reconditus, multas in populo agritudinum signatas similiter in aqua natans intinctus, Domino miserante, effecit. Mirum dictu, ab his ægrotis, quorum vitæ terminus supervenerat, requisitus idem lapis, nullo modo reperiri poterat, & sic in die obitus Budei Regis quærebatur, nec tamen in eodem loco, ubi fuerat reconditus prius, inveniebatur. Sed hæc per parenthesis. Plura miracula pane consecrato patra suggesterent tibi apud Surtium & Philippum Ferratum vita S. Severi, S. Petri Abbatis, S. Nymphæ Virginis & Martyris, S. Galgani Eremitæ, S. Arnulphi, S. Colectæ Virginis, S. Columbae Abbatis & aliorum.

Usum panis benedicti fuisse à tempore Apostolorum.

Simon Magus, qui Deum se faciebat, contendens Petram Apostolum confundere, & in malam Imperatoris gratiam injicere, dixit Neroni; Miror te inquit, Cæsar, hunc te alicujus momenti hominem existimare, imperium piscatorem, mendacissimum, & nec in verbo nec in re aliqua præditum potestare. Sed ne diutius hunc pariat inimicum, præcipiam modo Angelis meis, ut veniant & vindicent me de isto. Ad quæ Petrus: Non equidem timeo Angelos tuos, qui me coguntur timere, & in virtute & in confidentia hujus Christi Domini mei, quem te esse mentiris. Nam fidivinitas in te est, que cordis arcana rimatur, dic mihi nunc Simon, quid cogitem, vel quid facturus sim. Quam cogitationem meam, antequam mentiar tibi magus, Cæsar optime, auribus tuis insinuabo, ut non possit mentiri, quid cogitem. Tum Nero: Accede hæc, & dic mihi, quid cogites. Petrus dixit: Jube mihi adferri hordeaceum panem, & occultè dari. Cumque hoc jussum fuisset, Petrus ait: Dicat nunc ergo Simon, quid cogitatur, quid dictum, quidve sit factum à me. Tum Nero: Quid dicis Simon? Respondit Simon: Imò Petrus dicit, quod ego cogitaverim, vel quid fecerim. Tum Petrus: Quid cogit Simon, me scire docebo, si tamen ipse prius dixerit, quid ego cogitaverim. Quæ cum audivisset Simon: Hoc inquit, scias, bone Imperator, quia cogitationes hominum nemo novit, nisi solus Deus: ceterum Petrus mentitur. Ad quæ iterum Petrus: Tu vero qui filium Dei te esse dicis, dic quid cogitem, & fecerim modo in occulto, si potes, exprime. Petrus autem benedixerat panem hordeaceum, quem accepit, & fregerat, & in dextra atque sinistra manica sua collocaerat. Tunc Simon indignatus, quod dicere non posset secretum Apostoli, exclamavit dicens: Procedant canes magni, & devorent eum in conspectu Cæsaris. Et cum hæc dixisset, apparuerunt canes miræ magnitudinis, & impetum fecerunt in Petrum. Petrus vero extendens manus in orationem, ostendit canibus quem benedixerat panem. Quem ut viderunt canes, subito nusquam comparuerunt. Tum convensus Petrus ad Cæsarem: Ecce ostendi tibi Imperator, quid cogitavit Simon, non verbis, sed factis: nam qui Angelos promiserat contra me esse venturos, canes exhibuit: ut se ostenderet non divinos Angelos, sed caninos habere. *Ex lib. 2. Apostolic. histor. per Avdian Babylon. Episcopum.*

• IMAGINES CERÆ, Quas Catbolici à forma appellant. AGNUM DEI.

Eandem Antiquitatis, & usum religiofos. Item benedictionis formam, & effectus.
 Harum Imaginum usum jam olim introductum, ex Alcuino, & ordine Romano vetustis codicibus constat, & de eo etiam Amalarius scribit *lib. 1. de Offic. Eccles.* Ceterum verba Ordinis Romani sunt ista: Eadem Dominica post Albas, id est, in Octavis Paschæ, infra (intra) civitatem Romanam dantur Agni Cerei ab Archidiacono in Ecclesia post Missam & communionem populo, & ex eis faciunt intra domos suas incensum accendi ad suffumigandum in domibus suburbanis suis pro quacunque necessitate. Similiter in Civitatibus (extra Romanam) de cereo benedictio faciunt, ad suffumigandum scilicet in domibus suis, seu ponendum in agris, vel in vineis, propter illusiones Diabolicas, sive contra fulgura & tonitrua.

Ex hoc more natam existimo consuetudinem consecrandi, distributi & gestandi Agnos Dei. Sed ita, ut qui antea consecrabantur ab Archidiacono Romane Ecclesie, nunc à solo Pontifice Romano benedicantur; nec pridie Paschæ, sed Sabbato in Albis: nec quocunque anno, sed primo sui Pontificatus anno, & postea quolibet septennio. Nec fit benedictio ista sine chrisma.

ILLUSTRISSIMUS BARON. Tom. 1. ann. Christi 58. n. 76. ait, Cereas istas plagunculas, ex cereo Paschali, & alia pura & candida cera admixta, olim fieri consuevisse, & recens baptizatis de collo appensas fuisse. Cum enim Gentiles infantes suis ad averendas fascino Bullas appenderent, decessit, ut superstitione in religione mutata, ex ejusmodi factis cereis Bullæ consecrarentur, quas Agni Christum præferentis imagine insignitas, regulatis in Christo gestarent. Cordis insuper imaginem in Bullis suis Gentiles ferebant; quo teste *Macrob. lib. 1. Sat. 66.* sic nocerent se esse homines, si corde præterit. Christiani vero Christi Agni effigiem portant, ut ejus exemplo mansuetudinem & humilitatem cordis discant. Est autem Bulla ornamentum pueritiæ auream, cargeteum, inauratum, vel inargentatum, vel ex alia materia, intus cavata & rotundum; vel, ut alii dicunt, Bullæ surgenti in aqua simile.

USUS. MATERIA. FORMA. EFFECTUS.
 Et forte de his Agni Iconibus intelligi debet, quod serunt eas à Leone III. Pontifice Max. ad Carolum M. missas; de quo ita *Anst. Eryfus in suo Carmin.*

Ante cægenos forte Leo III. annos, Optimus exhibitio munere testis adeest. Caralis hoc Magna magna pietate accipit, Theaurum repugnant calibus esse datum.
 Tritum est, Urbanum V. Agnos Dei misisse ad Imperat. Constantinopolitanum, additis hæc vericulis:
Balsamum & cera munda cum chrisma unda, Consciunt Agnum, quod munus do tibi magnum. Fonte velut natum, per mystica sanctificatum. Fulgur adferunt depellit, & omne malignum. Peccatum frangit, ut Christi sanguis, & angit. Prægnans servatur, simul & parvis liberatur. Dona referre dignis, virtutem destruit ignis. Portat ut mundæ, de fluctibus erigit undæ.

D Iniit autem Urbanus V. Pontificatum An. Dom. 1362. Porro, prædicti versus continent materiam, formam, & effectum harum imaginum. Materia est cera munda & candida; balsamum seu oleum sacrum & chrisma. Verum hæc olim fuere, quando, ut in Cæremoniali Romano dicitur, ceram albam moliscebant cum oleo sancto, & oleo chrismatibus, quod superfuat de Anno præterito. Sed hodie non miscentur (inter formandum) oleo sacro, aut sacro chrismate; sed puri & mundi (id est, ex sola ceta confecti) præferantur (Agni Dei) in capis Papæ in Camera sua, qui eos certo & continuo die benedicit; cuius benedictionis una pars est immerio in aquam consecratam per preces, perque infusionem balsami & sacri chrismatibus.

FORMA EST CONSECRATIO & BENEDICTIO.

EFFECTUS.
 Desumpti sunt ex formula consecrationis, in qua petitur primo generatim, ut ab omni malo liberentur; omnique bono fruamur. Deinde speciatim enumerantur mala, à quibus nos usi & gestatio hujus Agni liberati rogat, nimi-

tum ab omni tempestate maris, & terræ motu, tonitru, peste, morbo, comitali morte improvia, igne, infidiis, inimicorum, malorumque spirituum, denique ab omnibus aliis periculis. Additur etiam, ut parturientibus mulieribus Deus adesse dignetur, & quavis in tentatione Dæmonis, Christi fidelibus animum virescque addere, quibus intrepidè hostes repellant ac superent. Quia igitur experientia frequentissime docet, ista sæpè à Deo concedi, non sunt temerè rejiciendi, sed magna devotione gestandi orbiculi isti, & alius commendandi. *Hæc Coester in In situ.*

Nec fermè ullus effectus imaginibus Agni cerei tribuitur, qui non jam olim tributus sit vel particulis cerei Paschalis, vel Agni illius Iconculis, quæ Romæ Dominica in Albis distribuebantur, quorum virtus valebat adversus fulgura, fulmina & tonitrua, adversus spiritus procellarum, Diabolicas illusiones, & quoscunque incurfus. Imò pro quacunque necessitate prærens pharmacum censebatur, ut supra ex Amalario, Alcuino, & Ennodio audivimus. Ea de causa etiam in agris & vineis ponebantur, ut ait Amalarius.

Narrat *Monsternus* in sua Cosmographia, Romæ Anno salutis M. D. XLV. repertam Sarcophagum, in qua Cineres F. Mariæ filiæ Stiliconis, quæ olim Honorio Imperatoris nupta fuerat, unâ cum variis Cimelias & pretiosissimis unioibus, & quod mireris, cum Agno Dei; sic enim vocat *Monsternus*, in cuius Periphæta scriptum fuerit; Maria nostra omnium pulcherrima.

HONOR ET REVERENTIA.

Porro ut & hoc addamus, Gregorius XIII. Pont. Max. primo statim Pontificatus sui anno, statuit & ordinavit, ac sub excommunicationis pœna ipso facto incurrenda prohibuit, ac interdixit, ne quisquam sive vir, sive mulier, secularis, aut Ecclesiasticus, etiam regularis ordinis ille fit, & quocunque gradu, conditione, statu, nomine, dignitate, & honore præcellat, posthac in perpetuum Agnos Dei per Romanum Pontificem, pro tempore existentem, benedictos depingere, inficere, minio notare, vel aurum, vel colorem aliquem illis imponere, aut quidam aliud superinducere, neque depingi, aut miniari facere, nec illos venales proponere, seu tenere, quovis prætextu audeat: verum eos albos & mundos, Agnum illum purum & innocentem præsentantes, qui occisus pretiosissimo sanguine fuo nos redemit, decenret & reverenter à cunctis haberi, deferri & custodiri præcipimus: inquit Pontifex. Quæ sua constitutione duobus vel tribus malis Pontifex occurrat. I. Irreverentia; neque enim par est, ut laica manus Agnos Dei item consecratos tangat propter chrisma, quo delibuti sunt: nec appareat facile, quomodo sine manuum contactu poterint depingi, minioque vel auti bracteolis insigniri, ut taceam illud ipsum irreverentia non carere: quod tales non contenti eo ornato Agnotum, quem candido suo corpori convenienter ab Ecclesia habent, pigmenta externa superaddunt: quasi suppleturi, quod ab Ecclesia neglectum est. II. Avaritiæ & turpi quæstus: nam pictores, simul etiam inflatores seu nundinatores, vel nundinatorum administrerant; istaque picidatatas imagines Agni cælestis venum exponentes, magnum lucrum faciebant, præsertim ex illorum crumenis, quibus ex errore persuasum erat, ornatiores hujus generis iconas, simul etiam majore efficaciam præditas esse.

Non est tamen contra reverentiam sacræ hujus plaguncule debitam, si injiciantur in ignem pro extinguendo incendio, aut in aquam pro sedandis tempestatibus atque procellis: aut si brutis animalibus, seu, prophylactica, seu, ut theria pœutica remedia appendantur, aut in ipsis etiam stabulis, tutelæ causa, asserventur; ad hos enim & similes usus imagines Agni cælestis repertæ atque inflatæ sunt.

In quodam tamen Provinciali Concilio Mediolanensi, sub S. Carolo Borromeo, vetatur, teste *Azorio*, ne Agni Benedicti imagines in agris campoque abiciantur, aut arboribus affigantur, aut in ramis arborum suspendantur; sed præcipitur, idque ex antiquo instituto, ut in vineis agrisque adoleantur ad suffumigationem, ob imminentem tempestatem, fulgura, fulmina, incendia, & grandinis vim, aliaque Diabolicas illusiones depellendas. *Azori. tom. 1. in sit. l. 9. c. 9. 2.*

MIRACULA SACRIS AGNI DEI SIGILLARIIS PATRATA.
Lib. 2. de vita Pii V. ejusmodi historiam prodidit Anton. Cabanis. Non est hoc loco omittendum, quod in hoc bello Bel-

